

# PRO NVLLITA-

TE MATRIMONII PRÆTENSIS, IN-  
ter Franciscum Basilium de Contamina, & Cathe-  
rinam Ximenez: Doctoris Martini Carrillo Præsby-  
teri, Vniuersitatis Cæsaraugustæ, Decreti Ordinarij  
Interpretis: resolutiua responsio, ad intelle-  
ctum decreti Concilij Tridenti-  
ni, Sessione 24. cap. 1. de re  
formatione ma-  
trimonij.

Ad Galat. 16.  
Domini nostri Iesu Christi.



Mihi autem ab hac gloriari nisi in Cruce

CÆSARAVGVSTÆ;

---

*Apud Laurentium Robles, Regni Aragonum, &  
Vniuersitatis Typographum.  
Anno 1599.*

5

DOMINVS AVTEM  
DIRIGAT.

FACTI SPECIES.



FRANCISCVS <sup>r</sup>Basilius  
de Contamina, & Catheri-  
na Ximenez, habitatores &  
Parrochiani; ciuitatis Cæsa-  
raugustæ. Volentes matri-  
monium contrahere, (ne ab  
aliquo impedirentur propter status dispari-  
tatem) adierunt Bayoneñ. dioces. in Nauarra  
inferiori, vbi sacrum Concilium Tridentinũ  
numquam fuit publicatum, & coram parro-  
cho loci de Lassa, præfatæ Diœcesis se præsentã  
runt, a quo petierunt, vt illos libere ac sponte  
accedentes, matrimonio coniungeret, qui  
parrochus, iuxta consuetudinem illius prouin-  
tiæ, non seruata forma Cõcilij Tridentini, ma-  
trimonio coniunxit: interquos deinde copula  
secuta fuit; & eodem die quo prædicta peracta  
fuerunt, ad Cæsaraugustã locum suæ habitatio-  
nis & propriij domicilij fuerũt reuersi, de cuius  
matrimonij validitate dubitatur in præsentĩ.

## Resolutiua Responsio.

7

matrimonio coniungere.

25. Vbi Concil. Trid. non est publicatum, quilibet esse Parrochus.
26. Facta publicatione, obligat parrochianos extra parrochiam. Captius non potest contrahere sine Parrocho.
27. Validum est argumentum, ab inconuenienti, & ab absurdo.
28. Quæ in conuenientia sequantur, si pro huius matrimonij validitate iudicaretur.
29. D. Petrus Cenedo laudatur.
30. Doctores qui huic causæ se subscripserunt.
31. D. Michael Santangel laudatur.

**A**NT E conclusionem, difficultati responsuam, presupponendum est primo: Clandestinum matrimonium posse duobus modis considerari. Primo, quando fuit sine Parrocho & testibus contractum, de quo in capit. primo, & secundo, de Clādest. despon. Doctores in rub. cod. tit. Secundo modo, quando fuit contractum sine solemnitatibus, videlicet sine publicationibus, seu bannis, sine benedictione nuptiarum, in facie Ecclesie: fuit tamen cōtractū, in presentia solius Parrochi & testium: huiusmodi matrimonium dicitur modo post Concilium Tridentinum Clādestinum, & similiter antea Clandestinum dicebatur, iuxta Euaristi Papa constitutionem de qua in Canone, aliter. 30. q. 5. & Inno. III. refertur in capite. cum Inhibitio. de clan. despon.

A 4 refert